Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

# Ioan. Andr. Danzii Medaqdēq Sive Compendivm Grammaticae Hebraeae Seivncto Chaldaismo Ad Arctiones Limites Redactvm

Danz, Johann Andreas

Francofvrti, MDCCXLVIIII.

VD18 12109185

Cap. V. De Verbo Perfecto.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17995

Visual Library

# CAP. V.
## DE
# VERBO PERFECTO.

§. 40.

Verbum ratione *Qualitatis*, eſt vel *Perfectum*, vel *Imperfectum. Perfectum* omnes inter Conjugandum literas retinet, easque mobiles. *Imperfectum* in una vel altera aliquid mutat. In utroque

1. *Genus*, ut in Pronominibus, vel Maſculinum eſt, vel Fœmininum, vel Commune.

2. *Numerus* duplex, Singularis & pluralis.

3. *Perſonæ* itidem tres: quarum *Tertia* hic, ob facilitatem ſuam, cæteris præponitur, atque *ſolo nomine Conjugationis*, ex antiquo Paradigmate פָּעַל deſumto, *quoad formam ſuam indicatur*.

4. *Tempora* ſunt quinque: *Præteritum*, Indefinitum, quod *Infinitivus* dicitur, Futurum primum, ſive *Imperativus*, *Futurum* proprie ſic dictum, ac *Participium*.

5. *Conjugatio* ſtricte loquendo non niſi unica eſt; diſtincta tamen ſecundum Claſſes quatuor; quarum priores ſingulæ, Activam formam habent, & Paſſivam: Ultima autem, ſub unica forma, eſt Reciproca.

§. 41.

Landesbibliothek Oldenburg

§. 41.

I. 1. *Primæ Claſſis*

(α) *Forma Activa in tertia perſona Præter. ſing.* [Maſculina,] ſolas tres literas radicales exhibet, atque adeo *thema conſtituit*, ſive Radicem: quam *in Quieſcentibus Ajin* ſupplere poteſt *Infinitivus.* Ejus

(β) *Paſſivum* pro charactere *radicalibus præponit* נ.

2. *Secundæ claſſis character* eſt *Dageſch forte* mediæ radicali imprimendum.

3. *Tertiæ claſſis character eſt* ה ab initio præpoſitum.

4. *Quartæ* claſſis character, præter *Dageſch forte* ſecundæ radicali imprimendum, eſt Syllaba *Præformativa* הִתְ.

Obs. 1. *Vocibus activis* Ebræorum formandis, ante ultimam radicalem *inſerviunt vocalium tres priores, ordine* ſuo *adhibitæ*: *Paſſivis* vero poſterioribus [Püal & Hophal] *duæ reliquæ, ſyllabam afficientes priorem.*

2. Quæ Dageſch forte habent in media radicali characteriſticum, vocantur *Graves*, reliquæ *Leves.*

II. Cæterum 1. *a Præterito* ſingularum Conjugationum (liceat ita cum vulgo loqui.) *formatur Infinitivus*, variatis punctis in Kal., Piel, & Hiphil, ac inſuper ה in Niphal præpoſito.

2. *Ab Infinitivis Ebræorum* deinceps *proveniunt* reliqua *Tempora omnia.*

(α) *Fu-*

(α) *Futurum* quidem, præpoſitis infinitivo literis איתן; ac in ſecunda tertiaque perſonis, differentia Numeri ac Generis per Afformativas יונה indicata.

(β) *Participia* vero præmittunt Infinitivo מ, [& ultimæ Paſſivorum Syllabæ ſubſcribunt ( ַ )] extra primam claſſem, in qua a Præteritis Participia per ſola puncta differunt.

Obs. In verbis פ״א commodiſſime formatur Futurum a Participio Benoni, vocali primæ per Syriaſmum ad Præformativum rejecta (x).

3. *Imperativus* in ſecunda perſona utriusque Generis ac Numeri, *qua ſola flectitur* (y), *a Futuro* ejusdem perſonæ, generis, numeri, ac Conjugationis *non differt*: niſi quod ת Præformativum Futuri tollatur; aut pro eo, ה Præformativum Infinitivi, in Futuro expulſum repetatur.

Singula hæc demonſtrabit Paradigma ſq.

---

(x) De quo vid. ſupr. §. 25. II. Obſerv. 3.

(y) [Hæc verba ſunt auro digna. Mal. 2. 16. exſtit שַׁלַּח quod non eſt *Imperativus*, ut Lutherus reddit; ſed *Infinitivus*. Nam divortium DEO eſt abominationi.]

Landesbibliothek Oldenburg

| Particip. | Imperat. | Futur. | Infinit. | Præter. | Conjug. I. |
|---|---|---|---|---|---|
| Beno-ni. קֹטֵל<br>Paul. קָטוּל | קְטֹל | יִקְטֹק | קְטֹל | קָטַל | Pa-al. *Act.* |
| כִקְטָל | הִקָּטֵל | יִקָּטֵל | הִקָּטֵל | כִקְטַק | Niph-al. *Paſſ.* |
| | | | | | Conjug. II. |
| מְקַטֵּל | קַטֵּל | יְקַטֵּל | קַטֵּל | קִטֵּל | Pi-el. *Act.* |
| מְקֻטָּל | —— | יְקֻטַּל | קֻטַּל | קֻטַּל | Pü - al. *Paſſ.* |
| | | | | | Conjug. III. |
| מַקְטִיל | הַקְטִיל | יַקְטִיל | הַקְטִיל | הִקְטִיל | Hiph - il. *Act.* |
| מָקְטָל | —— | יָקְטַל | הָקְטַל | הָקְטַל | Hüph - al. *Paſſ.* |
| | | | | | Conjug. IV. |
| מִתְקַטֵּל | הִתְקַטֵּל | יִתְקַטֵּל | הִתְקַטֵּל | הִתְקַטֵּל | Hith-Pael |

III. Ad utrumque membrum præcedens rectius applicandum, inſuper *Obſ.* ſeqq.

1. *Pro* (-) *ſub ſecunda radicali Præteriti Kal*

(α) In quibusdam eſt (..) (z).

(β) In aliis modo (..), modo (-) (a); utut, in nonnullis, alterutrum tantum cum accentu vel ſuffixo ſeſe exſerat (b).

(γ) In paucis habetur (ֹ) (c).

(δ) Quod ֹ etiam in diverſis temporibus Niphal, ſub ſecunda radicali, haud raro ſeſe exſerit.

(ε) *Ex omnibus his formis* nonnulla *derivantur Verba Imperfecta* (d)

E Obs.

(z) חָפֵץ *deſideravit.* (a) גָּדֵל *crevit*: & גְּדֵלַנִי *crevit mecum.* (b) חָדֵלוּ *ceſſarunt*, cujus ſingularis ſemper חָדַל *ceſſavit.* (c) יָכֹל *potuit*: יָגוֹר *timuit*: יָקֹשׁ, *illaqueavit*: קָטֹן *parvus fuit*: ſed שָׁכֹל & שָׁכַל *orbatus fuit.* (d) *In Kal ex forma* חָפֵץ eſt עָשֵׁשׁ, *computreſcere*, it. מוּת *mori*, לוּץ *illudere*, & ſemel quoque כּוּר *condolere.* De Quieſcentibus tertia מָלֵא *replevit*, יָרֵא *timuit*, &c. *Ex forma* קָטֹן, eſt רָמַם *exaltatus fuit*, רָבַב jaculatus fuit. it. אוֹר *lucere* בּוֹשׁ *erubeſcere*, ac rariſſime בּוֹא *venire*, טוֹב *bene ſe habere*, & זוּר *exprimere. In Niphal* גלל *convolvere*, גזז *raſit*, קמט *faſtidivit*, & מול *circumcidit.*

Obs. 2. *Character Conjugationis poſterioris expellit characterem Conjugationis prioris.* Et

(β) *Character temporis poſterioris, expellit characterem* (ſolius) *temporis prioris.*

Not. (α) Pauca Ebræa in Imperativo ac Infinitivo *Niphal* nonnunquam retinent Characterem Præteriti.

(β) Alia, ex Verbis potiſſimum פ"י, Chaldæorum more, in Futuro Hiphil utrumque characterem exhibent.

Obs. 3. *Pro vocali quacunque*, potiſſimum *ſub* (e), *vel ante* (f), *Gutturales*, aut ה *ultimæ* radicalium *ſyllabæ* nec non verbi Intranſitivi (g), *quandoque* (-) *aſſumitur.*

(β) Quod in quamplurimis indifferenter accidit; quanquam altera forma, in quibusdam, non niſi cum Suffixis appareat.

Obs. 4. ת *cum* (:) *quieſcenti* efferendum.

(α) Characteriſticum characteri poſtpoſitum, cum prima ſibilante tranſponitur (h): & tunc ת tranſpoſitum, poſt צ mutatur tn ט (i).

(β)

---

(e) יִגְאַל *vindicavit* : אֱהַב *ama* : וַיִּטְחַן & *commoluit* : יִבְעַל *ſubibit*, בֵּרַךְ *benedixit.* (f) יִגְבַּהּ *efferet ſe* : וַתִּפָּקַחְנָה & *apertæ fuerunt* : שְׁמַע *audi*, תִּשְׁמַעְנָה *audient* : וַיָּנַע & *commotum fuit*, rad. נוּעַ וַיִּפְצַר & *urſit, inſtitit.* (g) יִגְדַּל *adoleſcet.* (h) יִסְתַּבֵּל *oneroſus erit* : מִשְׁתַּגֵּעַ *inſanum ſe gerens.* (i) Gen. 44. 16 נִצְטַדָּק *juſtificabimus nos.*

Landesbibliothek Oldenburg

(β) Si ſequatur aliud ת, vel cognatæ pronunciationis litera ט & ד, in iiſdem exhibetur per Dageſch (k).

Not. (α) שׁחה transpoſitione in Hithpael facta, ante ultimam radicalem inſerit ו (l). [vid. §. 57. I. 1. Obſ. 1.]

(β) שׁוט (m), & זכה (n) (ſi hoc quidem eſt ex Hithpael), ת non transponit, & in דפק illud non abjicitur (o).

(γ) Exhibitionem vero literæ ת per Dageſch in prima tradicali, admittunt nonnunquam & alia nonnulla pronunciationis heterogeneæ, potiſſimum a נ incipientia.

Obs. 5. *Loco Dageſch characteriſtici Gravium* [pro verbis *Quadratis*, pluriumque radicalium: quæ nudam Gravium Conjugationum formam exhibent omnia,] nonnunquam *adhibetur*.

(α) ו ad primam radicalem (p);

(β) *Secunda radicalis*, tam in iis, quæ vel natura habent quatuor literas (q); vel ultimam duplicant,



(k) תִּתַּמָּם *integrum geris*: הִטַּהֲרוּ *purificarunt ſeſe*: מִדַּבֵּר *loquens*, pro מִתְדַּבֵּר (l) הִשְׁתַּחֲוָה *incurvavit ſe*, &c. (m) הִתְשׁוֹטַטְנָה *circuite.* (n) הִזַּכּוּ *purgate vos.* (o) מִתְדַּפְּקִים *pulſantes.* (p) שׁוֹרֵשׁ *radices egit*: לִמְשֹׁפְטִי *judicante me.* (q) פַּרְשֵׁז *expandit.*

plicant (r); aut primam duplicatam, ſemel ſtatuunt in locum tertiæ: quam quæ, ultima Quieſcenti abjecta, duas priores repetunt (s).

(γ) *Tertia radicalis*. quando in verbis alioquin perfectis, tribus radicalibus ſubjiciuntur quæ poſteriores duplicatæ (t).

## §. 42.

*Flexio* per Perſonas & Numeros ejusdem Temporis ubivis eadem eſt, derivata ex Pronominibus Perſonalibus: quorum

1. *Terminationes* in prima & ſecunda perſona *Præteritis* in fine *affiguntur* conjunctim: כ ſaltem primæ ſingularis in ת mutato.

2. Ad *tertiam perſonam* fœm. exprimendam, ה excerpitur, *quieſcens* in ſingulari *in* ( ִ ); in plurali vero utriusque Generis *in* ו *mutatum*, *quieſcit in Schurek*.

Schema

(r) שַׁאֲנַן *tranquillus fuit*. (s) תְּשַׂגְשְׂגִי *adoleſcere feceris* F. ex שׂגה *crevit*. (t) סְחַרְחַר *continuio circuivi*.

Landesbibliothek Oldenburg

Schema coll. §. 41. II. eſto ſequens:

| PLVRALIS 1 C | 2 F. | 2 M. | 3 F. | 3 M. | SINGVLARIS 1 C | 2 F. | 2 M. | 3 F. | 3 M. | NVM. perſ. genus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ־נוּ | ־תֶּן | ־תֶּם | ־וּ | ־וּ | ־תִּי | ־תְּ | ־תָּ | ־ָה | In ſchemate præced. | PRÆT. |
| | ־נָה | ־וּ | | | | ־ִי | In ſchemate præced. | | | IMPER. |
| נ־ | ת־נָה | ת־וּ | ת־נָה | י־וּ | א־ | ת־ִי | ת־ | ת־ | In ſchemate præced. | FVTVR. |

Ad quod rite applicandum Obſ.

1. Prima & ſecunda perſonæ utriusque Numeri & Generis, in omnibus Præteritis, ſecundam radicalem efferunt cum (-). Niſi quod

(β) In iis Verbis, quæ in præt. Kal ֹ pro (-) habent, illud, manente tono, ibi retineatur (u); tono vero ablato, tranſeat in (ָ) hhatuph. (x)

2. *Afformativum* Ebræorum ־ָה *Præteritorum* fœm. *interdum*, ad formam Chaldaicam, *mutatur in* ת, præcedente (-) (y); & in Quieſcentibus tertia, præeunte (ָ) (z). Quod

(ב) ־ָת pro ־ָה etiam in Nominibus obtinet (a).

 OBS.

(u) יָכֹלְתִּי *potui.* (x) יְכָלְתִּיו *prævalui ipſi,* (y) אָזְלַת *abiit.* (z) וְקָרָאת *& vocabit.* (a) חַטָּאת *peccatum.*

Obs. 3. *Formæ* Verborum occurrunt *mixta*, ex diverſis non tantum Temporibus, ac Generibus; ſed variis Conjugationibus, ac diſtinctis Radicibus.

# Caput VI.
## DE
# VERBO IMPERFECTO.

§. 43.

Verba Imperfecta ſunt, *quorum* litera *radicalis, a qua Imperfecta denominantur, inter conjugandum vel formandum, deficit aut quieſcit* (b): dividunturque in Defectiva & Quieſcentia.

1. *Defectiva*, & quæ ea ſequuntur, *literam mobilem* quandoque *tollunt*, & non-initialem in con-

(b) Non ab actu dicuntur Imperfecta, ſed a ſola potentia: quæ, extra Imperfecta quoad ſecundam, tum demum ordinarie in actum introducitur, quando literam, unde Imperfecta dicuntur, analogia afficit cum (:), inprimis quieſcenti. [Denominationes Imperfectorum ab antiquo paradigmate פעל deſumuntur, ſecundum hoc Schema:

| ל | ע | פ |
|---|---|---|
| ה | ו | נ |
|  | י | י |
| א | א | א |